



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Septimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

SEPTIMO.

¶ Qm̄ in his operibus fides adhuc vilis, infirma, & inbecillis est, microgemus vterius, pressos calamitate & aduersitate aliqua vel corporis, vel bonorum, vel honoris, vel micorum, vel rerum reliquarum quas possidet, an tu quoque credant se adhuc deo placere, & dei calamitates & aduersitates ipsorum sive magnas sive parvas clementer in eos admittere. Hic tum artis est, deo se ratum & infesum presente, nihilo tamen secius ostendit ostrosensus, nostrumque intellectum bonam habere fiduciam, & meliora sibi de deo persuadere quam se ostendat. Hic enim est absconditus, quem admodum sponsa dicit in Cantico. En stat post parietem, & videt per cancellos. Id est, sub passionibus & aduersitatibus, pene nitentibus nos ab eo instar parietis, vel potius muri, dissipare, stat occultus, & tamen in te respiciens non desolat. Nam stat & est paratus mihi in gratia succurre, permittes sese per fenestras obscura fidei videri. Et Hierem. in Threnis. Non enim humiliavit ex corde suo, & abiecit filios heremum. Hec fidem prorsus nesciunt estimantes se a deo destitutos, ipsi que deum esse inimicum. Quin potius eiusmodi mala, & heremibus, & caeteris demonibus impurant. Ita ut nihil omnino ad deum fiduciam habeant. Quam ob causam ipsis eorum calamitates & passiones semper sunt ut scandalo, ita damno, interim tamen procedentibus, & ipsorum iudicio bona opera facientibus, eiusmodi fidem nihil penitus curantibus, respicientibusque. Verum deo in illiusmodi malis & calamitatibus credentibus, & constantiter fiduciam erga eum seruantibus, deo se placere, eiusmodi eorum mala & aduersitates mera sunt preciosa merita, & nobilissima omnium bonorum nemini mortalium estimabilia. Nam fides & fiducia, omnia erga deum faciunt preciosa, alioquin reliquis damnosissima. Quod etiam de morte scriptum est Psalmo. 115. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Nam quo melior, sublimior, & fortior est fides & fiducia in hoc gradu, eo magis excellunt passiones in eadem fide omnia opera in fide. Et sic est inter eiusmodi & opera & passiones inestimabilis differentia meritis, conditionis, & precij.

OCTAVO.

¶ Præterea gradus fidei summus est, deo non temporalibus, malis & passionibus, sed morte, inferno, & peccato conscientia presentiente, & pene gratiam & misericordiam negante, & veluti per peccatum damnatum & irascituro. Id quod pauci mortalium experis

B

Vsus fidei
i aduersitate.

in hoc gradu